

2035

C O D I C E S

2036

stremo collatio duorum Testamentorum idem probat. Vetus enim Testamentum a veteri Pentecoste usque ad Nouam durauit annos 1542. Nouum uero Testamentum a noua Pentecoste inchoatum usque ad praesentem annum a Christo nato 1556. durauit annos 1523. Hinc apparet Nouum Testamentum fere iam in annorum numero aequale esse. Tantum enim 19. anni deficiunt. Addendus itaque pluribus illis, qui eodem tempore de die et hora, de qua nemo scit, nisi solus Pater, inquirere. Εν παροδοῦ noto, Mahometem et Papam duos illi crudelissimos latrones esse.

DXXXIII.

¹⁹¹ Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVI. Folior. 221. f. ex Adversariis *Jobannis Fabri* quondam *Vienn.* Episcopi, uti formula praevia typis excusa testatur, continet sequentia: I. Relationem apologeticam *Rudberti de Mosheim* Ecclesiae *Passav.* Decani de sua in religione sententia factam Commissariis Regiis *Fridrico Nauseae* et *Job. Cochlaeo Haganoe* mense *Julio 1540.* sermone germanico, cujus titulus est: *Relation vnd Handlung So Rueprecht von Mossheim Doctor Thumdechant zu Passaw aufs beuelch der Rö. Kün. Mt. den Hern Doctor Nausea vnd Doctor Cocleo, als irer Kün. Mt. Commissarien in der Religion vnd glaubens sachen angezeigt vnd fürgetragen zu Haganaw im Monat*

Julio Anno 1540. Homo hic nobili in *Styris* familia oriundus, et in adolescentia *Bononiae* literis probe excultus, ut geminum ejus *de Canibus* Opusculum, quod in *Wiens Buchdruckergeschicht* p. 371. recensui, testatum facit, Theologum deinceps agens et in varios prolapsus errores, quatuor *Antichristos* commentus est, non mitior in *Lutheranos*, *Zwinglianos*, et *Anabaptistas*, quam *Romanam* ecclesiam. Dogma illi princeps, quod et in praesenti relatione latine exprimitur: *Unitas fidei sine unitate verbi constare et subsistere non potest. Et quemadmodum ecclesia ab unitate et monade cepit, et per unitatem fidei et verbi auicta est, et tandem per verbum babel, hoc est confusionis et erroris omnium sectarum nunc in Christianismo per Antichristum collapsa, prostrata ac pene extincta est. Sic nunc ex magna dei misericordia unitas et concordia ecclesie per unitatem uerbi et fidei restituenda reformanda et conseruanda est.* Ad hoc in opus deducendum Regi *Ferdinando Pragae 1537.* 10. Aug. Orationem, quam *Concionem Regiam* adpellat, praelegerat, ab eoque rejectus *Jobanni Morono* Nuntio Pontificis tres obtulerat libellos inscriptos: *Informatio seu instructio pro summo Pontifice, seu futuro Concilio &c. Antichristianica seu confutatio Bullae indulgentiarum Pauli tertij Pont. Max. per regnum Bohemie publicatæ Anno 1537. &c.* et *Antibulla Indulgentiarum Pontificiarum*

rum Pauli tertij &c. ab eoque Romam evocari petierat, id quod et factum fuisset, ut ait, nisi Pontificis avaritia, Tridentinus (Bernardus Clessius) et Card. Jac. Sadoletus impedivissent. Porrexit praeterea Commissariis imprefum Sexternionem Regi exhibendum ex L. IV. Operis sui de Monarchia et Renascentia Christianae Fidei, in quo non sanius bacchabatur. Haec et plura alia in praesenti Scripto Ruperti manu signato Nausea et Cochlaeus Ferdinando referunt. Reliqua infelicis Viri fata Haganae in custodia 1544. extincti tetigi in *suprac. Hist. typogr.* et refert Marcus Hansizius Germ. Sacrae T. I. Coroll. 8. atque V. L. a Seckendorf Hist. Luth. L. III. §. 79. Addit. 5. Ex Scriptis ejus Theol. fat raris in *Bibl. Augusta* conditur *Microsynodus Moguntina*. 1539. *Treverina* 1539. *Hierusalem nova* 1540. *Microsynodus Norimbergensis*. 1541. *Ratisbonensis* f. a. Omnia f. l. in 4.

II. fol. 9. Opusculum *Joh. Fabri* ἀπολογεῖον, sed affectum tantum, quod dein a fol. 45. alia manu descriptum integrum habetur, de eo, quod in Sacramento Eucharistiae post consecrationem, quamdiu Species permanent, permaneat etiam verum Christi corpus, sermone germanico et hoc titulo: *Das im Hochwirdigen Sacrament des Altars nach der Priesterlichen Consecration oder Thürmung* (Dermung, Dyrmung, Thürmung, Elevatio) *so lang die Species ganntz sein beleib, vnd Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

sey der ware vnd ganze Christus. Beschriben durch Herrn Johann Fabrij Bischove zu Wienn Im Jar 1539. Initium: *Es hat der Heillig vnd Gotsforchtig Simeon aus dem beilligen geist weisgesagt &c.* Ineditum censeo opusculum, in quo Autor etiam Johannem Hussum contra Lutherum in subfidium vocat.

III. fol. 106. *Apologeticus D. Joannis Cochlei aduersus Hereticos ad Carolum V. Imp. Aug. pro clero augustensi.* MDXXXVII. Teste Sleidano L. XI. postquam Clerus Catholicus urbe cessisset, Senatus edito ad Caesarem et Imperii ordines scripto se purgavit, cui scripto *Christophorus a Stadion* Episcopus cum suo, tum suorum nomine obviam ivit. Utrumque Scriptum lingua germanica conceptum habes apud *Hortlederum* L. V. c. 3. et 4. a p. 1964. *Apologetici* tamen praesentis, qui controversiam hanc multum illustrat, nullibi inter *Cochlai* Scripta mentionem invenio. Orditur is post titulos imperatorios: *Quamquam ego indignus sum, ut ad tantum Maestatis tuae ac sublimitatis tuae uerticem uerba faciam, christi tamen causa, de qua dicturus sum, indigna non est, que publico multorum gemitu et planctu tibi ut supremo ecclesiae aduocato iustis necessariisque proponatur querellis &c.* Quae porro praecipue urgentur, sunt: Cleri vexatio, non esse disputandum cum Haereticis, non esse disputandum cum Laicis de fide, non debere de Sa-

G g g

cerdotibus

cerdotibus disputare Laicos, Augustensium in Clerum superbia, Calumniae et tergiverfationes circa Concilium generale, Arrogantia laicorum, Involatio in Cleri privilegia, Calumniae in Clerum, Violentiae eidem illatae &c. quibus in rebus plurimum sibi sumit impugnandum autorem Scripti *suprac.* pro Senatu *Augustano* editi.

IV. fol. 127. *Summa tractatus ad concordandam fidei Causam instituti: Ad quem peragendum ex utraque parte Septem personae deputatae fuerunt, Duo principes, tres Theologi et duo Canonistae.* Incipit: *Ceptum est itaque negotium illud 16. Augusti &c.* Ad calcem: *Acta Auguste in Comitijs Anno domini 1530.* Jam indicata Cod. CCCCLII — LIII.

V. fol. 136. *Acta et tractatus trium uirorum a communibus statibus ordinatorum cum totidem a principibus quinque protestantibus eorumque adherentibus ordinatis. Caepa die sancti Bartholomei, que fuit 24. Augusti. Anno 1530.* Indicata Cod. CCCCLII.

VI. fol. 148. *Ex scripta manu Melanchtonis Confessio Bucerii et aliorum facta Vittembergae in edibus Lutheri 23 Maij Anno 1536.* De tractatione concordiae in re potissimum *Sacramentaria* inter *Lutherum* suosque cum partium *Helveticarum* Praecipuis vide Ill. *Seckendorffii Hist. Luth.* T. II. L. 3. Sect. 15. ubi etiam habes, qui *Catholicorum* et *Protestantium* de ea pluribus egere. Scriptum nostrum *Articulos de*

Eucharistia, de Magistratus civilis officio in abolendis impiis cultibus, de Baptismo et Absolutione complectitur, incipitque: *Audivimus dominum Bucerum explicantem suam et aliorum, qui una affuerunt, sententiam de sacramento corporis et sanguinis domini hoc modo: Confitentur iuxta uerba Irenei constare eucharistiam duabus rebus terrena et coelesti &c.* Formulam hanc die demum 26. *Maij* a *Melanchthone* conscriptam esse asserit *Seckendorf. suprac.*

VII. fol. 154. *Decreta Bohemae Synodi eorum qui sub utraque se vocant. De anno 1539. Mense Augusto.* De hoc *Conventu Lupacii Ephemeris* ad diem 25. *Aug.* Altera *Pragae* cogitur *Synodus Ecclesiasticorum sub utraque specie communicantium: Administratore Consistorij Pragensis M. Martino Glatovino.* Hic et *Academiae Rector* fuit. *Articuli synodales X.* sunt, quibus duo adjunguntur, *de Prouisione decenti et de officiis.* *Ingressus: Concordia omnium in ordine bono ac prouisione decenti rerum consistit &c.* *Art. V. Omnibus ex fide poscentibus sub duplici specie ministrent &c.*

VIII. fol. 156. *Judicium Friderici Nauseae de Articulis fidei in Comitibus Augustanis 1530. controversis ad Ferdinandum Rom. Regem germanice hoc titulo: Mein des Friderichen Nausea Doctorn vrtbeill vnnnd messigung vber vnnnd auff die Streitigen Artikel, so sich von wegen Christlicher*

2041

P O L E M I C I.

2042

licher Religion vñnd glaubens zwischen gemainen Christen eyns, vñnd den abgesondertn anders thails halten, vñnd Ireñthalben zu Augspurg auff dem Reichstag Im Iare nach vnnsers Herrn geburt M. D. XXX. anfennglich am XVI tag des Augstmonats durch beder theyln verordneten Fursten Theologen vñnd Juristen auff Christlich vergleichung gehandelt vñnd doch nit In allen Artickl mittl gefundenn worden Ist. Examinantur in hoc Scripto, quod ad tempus Conuentus Haganoici 1540. pertinere putem, Confessionis August. Articuli, quemadmodum in Cochlaeano illo, quod impressum dedit Seckendorffius suprac. L. III. §. 79. addit. 4. sed nostrum, cujus Nausea ipse in Catal. lucubratt. suarum hoc titulo: Liber unus Consultationis super reconciliandis in christ. relig. diffensionibus, meminisse videtur, cum Cl. Bernardo Frid. Hummelio in Neu. Biblioth. selt. Bücher II. B. p. 20. ἀνεκδότων habeo. Prologo et Epilogo, Articulisque XXVIII. gaudet.

IX. fol. 177. Censura domini Licentiati Arnoldi Colonien. super confessione lutheranorum. Arnoldus hic est Haldrenius Vefalienfis, Theologus et Canon. Colonienfis ✠ 1534. Edidit praesens illius Opusculum Ingolstadii 1544. 8. amicus ejus Job. Cochlaeus in Quadruplici Concordiae Ratione, unde corrigendi Gesnerus, Jocherus, Foppenius, qui quadruplicem ab Arnoldo Consultationem scriptam fuisse tradunt.

Edidit et Ge. Coelestinus Hist. Confess. Aug. T. II. f. 234. Contractius est in editis, nobisque 5. paginis ulterius procurrit. Cochlaeus hunc illi praefixit titulum: Brevis ad singula puncta Confessionis Protestantium Principum Responso Augusta priuatim scripta per Arnoldum Vuesalensem et Joannem Cochlaeum communi studio. In Prooemio Doctori Joanni Rinco Patricio Colonienfi quaedam ad Arnoldi βιογεαφίαν subpeditantur.

X. fol. 201. Acta Schmalkaldiae Anno 1540. Per urbanum regium datum Haganoë mense Julio. Sunt Articuli Smalcaldici secundi, seu potius Deliberatio Theologorum Protestantium Joanae, Pomerani, Melanchthonis, Crucigeri, et Buceri, ut ait Sleidanus L. XII. ad b. a. quomodo cum Catholicis in Conventu Spirensi, sed Haganoam dein translato agendum foret. Incipit: Horribile est nomen scismatis, et merito pijs omnibus abominabile, quare uigilanter curandum, ne cum probro nobis impingatur. &c. Urbanum Regium Luneburgensium tunc, ut vocant, Superintendentem rebus gerendis interfuisse liquet ex Seckendorffii Hist. luth. L. III. §. 76.

XI. fol. 209. Affectus Ἀγέστων Catalogus, qui non ultra primum Articulum procedit. Articulus hic inscriptus est: Quod Christus non sit naturalis filius patris. Enumeratis iis, qui hoc adferuere, sequitur Confutatio ex facris literis.

G g g 2

XII.

XII. fol. 213. *Caroli V. Responsio Protestantibus data 2. Aug. 1530. ut habetur Cod. CCCCLIV. et in Coelestini Hist. Comitior. Augustan. T. III. p. 1. sed hic tantum inchoata.*

XIII. fol. 214. *Caroli V. Imp. Decretum, praemissum, ut apparet, Confutationi Confessionis Augustanae. Ita enim inter alia, postquam Confessionem illam dixisset praeter spem multis millibus exemplaribus latina et alemanica lingua a Calcographis impressam longe lateque vulgatam fuisse, addit: nos maturo consilio Rmi patris ac Domini nostri Papae Cardinalis legati, Electorum principum ac statuum Imperij usi Confutationem nostram — etiam latine et Teutonice excudi et imprimi fecimus &c. Apud Coelestinum, Seckendorfium, Andr. Fabricium hujus Decreti mentionem non inveni. Datum est Augustae, sed temporis nota abest.*

XIV. fol. 218. *Summa rerum Lutheranarum ac aliarum nostri calamitosi seculi sectarum auctore Joanne fabro Episcopo Viennen. Ex Gandauo inchoata urbe flandriae Anno MDXXX. Mense Martio. sed fol. verso nil nisi Elenchus Opusculorum jam notorum. Gandavum Faber in Ferdinandi Comitatu ierat ad fratrem Imp. salutandum.*

XV. fol. 219. *Exemplar Articulorum Pragensium supra N^o. VII. notatorum.*

XVI. fol. 221. *Exemplar epistolae Petri ab Anspach ad Job. Fabrum. Post salutationis officia*

pergit: Nouerit. t. R. D. in festo omnium sanctorum totum Lutherum ex integro regnum suum impium in Marchia male auspiciatum. Nam cum princeps meus (Joachimus jun. Elector Brandeb.) nulla videret auxilia et quotidie per sathanę imposturas sollicitaretur, pro humana demum fragilitate coactus est cedere. Que mutatio facit, ut ego a neutra parte bene audiam. Subscribere heresi non possum. Et me negotio subducere non licet. Scripsit pro me Revmus Maguntinen. (Albertus Card.) sed haecenus a principe nihil impetro. Agor ergo diuersis Casibus summisque capitis mei periculis inter meos Marchitas versor, donec deo aliter pro mea liberatione visum fuerit &c. Februa 6. post festum Conceptionis Mariae. 1539. Subscripta: Humilis Petrus ab Anspach olim Predicator Electoris Brandenburgens. nunc autem vincus in Domino. O. P. erat Petrus et Conuentus Halbershad. jamque eodem munere apud Georgium Anbaltinum Dessaviae functus. Quaedam de eo Seckendorf. Hist. Luth. L. III. §. 117. addit. 1. kk. qui et de Reformatione Marchiae L. eod. §. 75.

DXXXIV.

Codex chartaceus germ. Sec. 943 XVI. Folior. 144. 8. continet Scripta Gabrielis cujusdam Anabaptistae ex Opifice, ut ipse ait fol. 18. Fratris et Ministri Fratrum dispersorum per Silesiam et Moraviam,